



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

4. Fortunæ remedium est, mala sua non putare maiora esse malis alioru[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45653**

nunc quidem sublimia demittentem, rursus demissa sublimantem confi-  
cio. Sesostris, ubi dictum illud intellexit, statuit, ne illi post haec currum  
traherentur. In hac igitur felicitatis infelicitatisque rota, & metus  
est felicium, & spes miserorum. Quicunq; elatus est, cuicunque  
omnia ad votum fluunt, quoties mendicum, quoties captum, quo-

*Eccli. 38.23.* ties miserum aspicit, putet illum sic loqui: *Memor esto iudicij mei:*

*Brusonius 1. sic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. Hæc qui audit, non*

*2. cap 37.ex præsumit: qui spernit, cadit. Crœsus consultus à Cyro de bello suscit.*

*Herod. 1.1. piendo contra Tomyrin reginam Massagetarum. Si tibi, ait, esse vide-*

*ris immortalis, nihil est opus, ut meam tibi sententiam dicam. Si vero*

*te quoq; agnoscis hominem, illud in primis discito, talem humanarum re-*

*rum circum esse, qui rotatus, eosdem semper fortunatos esse non sinat. Cy-*

*rus, imperandi libidine accensus Crœson non paruit. Itaq; in eo bello periret.*

*Cautior est, qui se meminit, esse mortalem: & qui se hominem*

*esse nouit, nihil humani scit à se esse alienum. Quidquid ergo ac-*

*ciderit sic sapienti, non est inexpectatum, cum & illud præceptum*

*Senec.lib.1. teneat: Fortunam reverenter habe; & si cùm hanc Deam sciat glo-*

*bo insistere, aut rotæ instar volui. Sic composito, ait Sapiens ille,*

*nihil accidet. Sic autem componetur, si quid humanarum rerum varie-*

*tas possit, cogitauerit anè, quam senserit: si & liberos, & coniugem, &*

*patrimonium sic habuerit, tanquam non utiq; semper habuurus, & tan-*

*quam non futurus, ab hoc, minor, si habere desierit. Calamitus est*

*anxius futuri anxius, & ante miseria miser, qui solicitus est, ut ea, qui-*

*bis deleclatur, ad extremum usq; permaneant. Nullo enim tempore con-*

*quiescit, & expetitane futuri, praesentia, quibus frui poterat, amittet. In*

*aquo est autem dolor amissio rei, & timor amittende.*

IV. At mala contingunt, & sæpe, quæ omnium sunt molestissima? Iterum hic errant homines, qui planè sua maximè estimant,  
& ibi, quod dicitur, vbi dolent, manum habent. Nam sicut inuidorum oculis

*Vberior seges est alienis semper in agris,*

*Viciniusq; pecus grandius vber habet,*

ita vicissim mala nostra, mala maxima putamus: & quocunque

corporis membro vlcus hæret, putamus esse loco incommodissimo.

Quia hominem cæcus amor sui non sinit rectè iudicare. So-

*Val.Maxim. lén, qui neminem, dum adhuc vineret, beatum dici debere arbitraba-*

*lib.7. cap.2. tur; quod ad ultimum usq; fati diem anticipi fortune subiecti essent:*

*idem aerebat, si in unum locum cuncti mala sua conuulsi sunt, futurunt,*

*ut pro-*

ut propria deportare domum, quām ex communi miseriā acerū por-  
tionem suam ferre mallent. Quo colligebat, non oportere nos, quæ fortui-  
to patimur, præcipua & intolerabilis amaritudinis indicare. Optimū  
ergo doloris remedium est, maiores aliorum dolores expendere;  
morbum cum morbo; paupertatem suam cum paupertate alio-  
rum comparare: dēnique serō cogitare, quid, qui in inferno cru-  
ciantur, sustineant. Quid, miser, quititaris? forsitan hic dolor tuus  
tibi est, loco æternorum suppliciorum? Nimiris felices vereri de-  
bent, ne de illis dicatur: *recepérunt mercedem suam, in vita sua.*

Vnde, qui prudenti iudicio calculum subduxerunt, *For-  
tunam*, quæcumque ea demum esset, magis timuerunt blandien-  
tem, quām saevientem. Ipse Deus ait: *Fili, magis placebit mihi pa-  
tiēntia & humilitas, in aduersis, quām nautica consolatio & deuotio, in  
prosperis.* Et Christi prudentes altè cordi suo infigunt illud: *Ex-  
tremā gaudij luctus occupat;* multoq[ue] magis istud: *Vae vobis, qui  
ridetis nunc: quia lugebitis & flebitis.* Præstat, post luctum, gaudia,  
quām, post gaudia, luctum expectare. Philippus Macedoniæ rex,  
cum, uno eodemque tempore, tribus nuncijs lætissimè exhilara-  
tus fuisset, intellexissetque, equestri cursu, quadrigas suas Olym-  
pijs vicerisse; Olympiadem vxorem Alexandrum filium peperisse;  
Parmenionem dertiq[ue] ducem suum Dardanis in pugna superiorē  
fuisse; sublatis in coelum oculis: *At tu, inquietabat, Fortuna, pro-  
tot bonis, leui aliquo nos affice malo.* Adeò suspecta illi fuit nimia féli-  
citas, ut velut nimis melleam promulsidem absynthio censuerit,  
temperandam. *Theramenes*, (qui Athenis in XXX. tyrannis fuit). *Aelian. lib. 9.*  
*etum in quadam domo versatus, inde prodijset; illa subito lapsu corruit.* *Varian. c. 21.*  
*Atq[ue] cum Athenienses alijs aliunde ad eum confluarent, & inopinatae* *Plutarch. in  
saluti congratularentur: ille, prater omnium opinionem, respondit: O* *orat. Conso-  
Iuppiter, cuinam me tempori reservas?* Nec multo post à reliquis ty-  
rannis de medo sublatus est, coactus cicutam bibere. Quām sapienter  
facerent, qui ex emplo Theramenis, inter læta, tristium meminiſ-  
fent! & cum Ennio dicerent: *Nimium boni est, cu. n. t. mali est, quā  
sententiam etiam M. Tullius magni aestimauit.* Ne dicas: sufficiens *Eccli. 11.27.*  
mibi sum: & quid ex hoc pessimabor? In die bonorum, ne immemoris  
malorum. *Quantum autem mali metuendum sit ijs, quos peruersa vulgi* *M. Marulus*  
*opinio putat felices, quia opibus affluunt, illo exemplo discimus, inquit,* *lib. 5. cap. 3.*  
*Marulus, quo traditum est (à Paulino in vita S. Ambrosij) Ambro-*  
*sum Episcopum, cum apud diuitiem quendam, hospitandi gratia, diner-  
tisset,*

V.  
Thom. de  
Kemp. lib. 3.  
de Imit. cap.  
57.  
Prou. 14.13.  
Luc. 6.25.

Plutarchus  
in orat.con-  
solator.